

Te Saeculorum Principem

1. Te saeculorum Principem, Te, Christe, Regem Gentium,
Te mentium, Te cordium Unum fatemur arbitrum.
 2. Scelestas turba clamitat: Regnare Christum nolumus:
Te nos ovantes omnium Regem supremum dicimus.
 3. O Christe, Princeps Pacifer, Mentes rebelles subiice:
Tuoqu(e) amore devios, Ovil(e) in unum congrega.
 4. Ad hoc cruent(a) ab arbore, Pendes apertis brachiis:
Diraque fossum cuspide Cor igne flagrans exhibes.
 5. Ad hoc in aris abderis Vini dapisqu(e) imagine,
Fundens salutem filiis Transverberato pectore.
 6. Te nationum Praesides Honore tollant publico,
Colant magistri, iudices, Leges et artes exprimant.
 7. Submissa regum fulgeant Tibi dicat(a) insignia:
Mitique sceptro patriam Domosque subde civium.
 8. Iesu, tibi sit gloria, Qui sceptra mundi temperas,
Cum Patr(e) et almo Spiritu, In sempiterna saecula. Amen.
- V. Multiplicabitur eius imperium.
R. Et pacis non erit finis.